

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

temporibus, & Restitutionum numeris, tandem excrescet in magnitudinem differentiae Periodi minoris: itaque corrigetur, si ijs aliquot majoribus, adjeceris vel ademeris unam minorem; quo pacto periodus constituetur tertia. Si tempus hujus Periodi tertiae, quae non multis vicibus contineatur in aetate mundi, quaesiveris etiam in Canone quarti Mobilis, quod Restitutionem ad ☉ tardiorem habet, associabis & illud ad eandem Apocatastasin quam proxime. Semper autem discrepantia, si qua emerget, in tardiori facilius toleratur, quippe correctione ejus motus medij tollenda; quam in celeriori, quippe quae tardius etiam excrescit in aliquam sensibilem magnitudinem.

Evolutiones
motuum

In Luna motibus inter se conciliandis laboraverunt veteres, Periodo nomen fecerunt $\epsilon\zeta\epsilon\lambda\iota\gamma\mu\delta$ Evolutio. Igitur differt Quarta latitudinis à Quarta Anomaliae per $5^{\circ} . 8' . 6\frac{1}{2}''$. Hac differentia per omnes Canonum lineas descensu facto, non excrescit ad magnitudinem temporis unius Quarta. Ergo reversus ad lineam summam, ex Restitutione 1, facio 1, seu 60, tunc & differentia fit $5^{\circ} . 8' . 6\frac{1}{2}''$; itaque secundo ingressu per Restit. 20, invenio differentiam D: $1^{\circ} . 42' . 42''$, quae addita priori, facit differentiam D. $6^{\circ} . 50' . 49''$, aequalem fere tempori unius Quarta. Quare correctio fit subtractione unius Quarta de tardiori: nasciturque Periodus minima 79 Quarta Anomaliae, & 80 Quarta Latitudinis, cujus tempus est $9^{\circ} . 4'$: sed Anomalicum jam deficit per $2^{\circ} . 30' . 17''$. Hujus igitur periodus socia erit, quae habet 80 An: & 81. Lat. cujus tempus $9^{\circ} . 11'$. Hic adhuc superat Anomalicum per $2^{\circ} . 37' . 50''$. Et quia hic excessus & ille defectus sunt pene pares, altera Periodus alteram corrigit, semel sumpta. Est ita periodus secunda 159 Quarta Anom. & 161. Quarta Latit. cujus tempus $18^{\circ} . 15'$, &c. in quo superat Anomalicum per $7^{\circ} . 33''$.

Hoc verò tempus quaesitum per Canones ceteros, invenitur fere in linea 3 Canonis anni Tropicis, seu ☉ ☉ ☉ ☉. Sed quia neutrum horum 2 mobilium erat inter tria priora, nondum igitur haec 5 inter se conciliantur, sed illa tria inter se seorsim, haec duo etiam seorsim inter se.

Neq; multiplicationem infinitam patitur residua differentia. Cum enim tempus sit triennij, in annis 180 jam sit differentia $7^{\circ} . 33''$, & in 1400 annis superat diem. At in motu Anomaliae non possumus intra hoc tempus perdere diem, in Latitudinis ne horam quidem: obest autem enim observationes veterum. Quare pergendum est ad Periodum exactiorem. Et quia $7^{\circ} . 33''$, continetur in $2^{\circ} . 30' . 17''$ paulo minus quam vicies, nascetur Tertia Periodus per vigecuplacionem secunda, & additionem unius primae minoris, ut illius excessum vigecuplum, hujus defectus obliteret: ita Quartis 3180 & 3220 accedent 79 & 80, suntque 3259 & 3300. Tempora colliguntur $6^{\circ} . 14' . 10''$, &c. exceditque Anomalicum per $45''$: per Canonem vero Julianorum redacta ad annos, dant $61\frac{1}{2}$.

Tabb. f. 102.

Quaerat Calculator hoc tempus per ceteros Canones, si forte & reliqua mobilia saltem per Quartas se associent. Qui si diem monstraverit ullam intra 1700 annos, quae tres Lunae motus (nihil enim de ceteris Erronibus dicam) ad Quartas, non dico easdem, sed promiscuas, restituat, tolerabili cum dissidio: tunc ego convulsam ab illo probabilitatem diei Creationis à me proposita fatebor. Ea fuit anno 3993 ante aeram nostram, die 24 Julij Juliani retrò extensi, Sole, Luna, Nodo ♃, Marte, Venere, Aphelio ☿, Nodo ♃ Jovis, & forte etiam Aphelio Jovis, junctis in puncto solstitiali; Jove, Nodo ♃, in brumali; Saturno, Aphelio ♄, & Apogæo ♄, & forte etiam Aphelio ♄, in autumnali; Mercurio, Apogæo ☉, Nodo ♄, Nodo ♄, & forte etiam Nodo ♄, in vernali; ut solum Aphelium ☿ ex omnibus, inter ♃ & ☿ incertum, & loco quidem praecise intermedio, constiterit.

Carceres, ubi de profligantur omnia mobilia in curfus suos. Vide praec.

Anticipationem, $\pi\rho\acute{o}\epsilon\mu\pi\lambda\omega\sigma\omega$, Equinoctiorum, Perendinationem, $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\pi\tau\omega\sigma\omega$, Ortus fixarum, & Praecessionem Equinoctiorum, seu Quantitatem anni Tropicis mediam, indagare in quacunque annorum Summa assumpta.

PRÆCEPTUM 182
183
184

SUMMAM annorum, divisione per 60, convertite in Sexagenas Primas, Summam Primarum in Secundas, &c. cum his Sexagenis & annis singulis, in margine Canonum Sexagenariorum quaesitis, excerpere tempora, sub Julianorum, Tropicorum, & Sideriorum titulis, quaeque teorim; factaque additione convenienti excerptorum per diversos ingressus, si tempus Tropicorum subtraxeris à tempore Julianorum, restabit $\pi\rho\acute{o}\epsilon\mu\pi\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$ si Julianorum tempus, à tempore Sideriorum, $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\pi\tau\omega\sigma\iota\varsigma$; si deniq; Tropicorum à Siderijs; Praecessio, quae aequat $\pi\rho\acute{o}\epsilon\mu\pi\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$ & $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\pi\tau\omega\sigma\iota\varsigma$ junctas. Sed in Anticipatione & Perendinatione cura, ut annorum propositorum numerus sit pariter par.

Vi praec. 77. 78. 79. 80
Tabb. f. 192
Vide Epit. Astr. l. VII. f. 927.

De Apocatastasi annorum Tropicorum & Sideriorum seu de Anno magno caelesti.

$\epsilon\zeta\epsilon\lambda\iota\gamma\mu\delta$ verò annorum Julianorum Tropicorum & Sideriorum vestigabis Methodo superiori. Invenies autem 25411 Siderios, aequales 25412 Tropicis, Julianorum verò & Tropicorum est fere duplo tardior; nec non & Julianorum cum Siderijs. Deniq; omnium trium in idem caput Restitutio, immanem Summam annorum postulat: quam relinquo calculatori quaerendam.

PRÆCEPTUM 185
Per praec. 180
181.

